



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 25. Lotharingii votum de suis postulatis Pontifici communicandis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæcul. XVI.
A. C. 1562.

cuit enim eidem, quod hoc pacto aperiretur aditus ad res per Nationum suffragia decidendas, id tamen valde nocivum credebatur. Postea Seripandus de habito colloquio rationem Legatis reddebat, qui consultatione desuper habita Seripandum ad Cardinalem remittebant, ut eidem exponeret, quod ipsius consilium nullatenus acceptari queat, minus vero præfatam quæstionem penitus silentio suppressere conveniat, prout etiam idem Lotharingus consulebat.

§. XXV.

Lotharingii votum de suis postulatis Pontifici communicandis.

Insuper Lotharingus in eodem colloquio, quod cum Seripando habebat, eidem consilium suum jam antea Legatis communicatum iterato proposuit, dicens, omnes Reformationis a se petitæ articulos Pontifici esse communicandos, hancque in rem ex Episcopis quempiam esse ablegandum, qui Tridentum redux de singulis Papæ mentem referret, priusquam res in Congregatione proponeretur. Verum Legati ad hæc nihil reponentes, prius de Pontificis voluntate certiores fieri desiderabant, multo minus vero propensi videbantur ad seligendum Episcopum, qui

L 1 5

Ro-

Sæcul. XVI.
A. C. 1562. Roman decerneretur: nihilominus ta-
men datis literis Borromæo Cardinali
propofuerunt aut Archiepifcopum Lan-
cianenfem ad hujusmodi munus obeun-
dum alias adhibitum, aut Hydruntin-
um, utpote dotibus præftantem, &
ad Sedis Apoftolicæ obfequia paratiffi-
mum. Insuper proponebant Graffium
Montis-Falifci Epifcopum, quem Papis
ad eundem Lotharingium antea decre-
verat. Denique nominabatur Viterbien-
fis Præful, quamquam negotium, cu-
jus gratia miffus fuerat, ejus præfen-
tiam Tridenti utiliorem redderet: tan-
dem vero conveniebant, Vicecomitem
Ventimilliensem Epifcopum omnium
maxime idoneum cenferi, ob singula-
rem Pontificis in eo fiduciam, qua opus
erat in homine, qui auditurus, dele-
turusque effet ex ore Pontificis intimos
ejusdem fensus; de eo autem merito
fperandum foret, quod hoc munus cum
omni fide, ac integritate expleturus
effet.

§. XXVI.

*Cardinalis Lotharingius in generali
Congregatione exceptus.*

*Pallav. c. 3.
1562. I.*

Die vigesima tertia Novembris Card-
nalis Lotharingius prima vice in
congregatione Generali comparuit, ubi
omnes Prælati numero ducenti octode-
cim,